UNIVERSITY OF ILLINOIS
AT URBANA-CHAMPAIGN
URBANA, IL 61801

AS PART OF THE
DITTENBERGER-VAHLEN
IC 6 PRESERVATION GRAN
PROJECT
Funded by the
National Endowment for the
Humanities

TLE: De terminationum
rtiae Graecorum
clinationis vicissitudine
ssertatio secunda

LACE: Regiomonti

Storage Number : 00-0230.20

k, Chr. August 1781-1860. (Christian August)
De terminationum tertiae Graecorum declinationis
situdine : dissertatio secunda / C.A. Lobeck.
monti Borussorum : Typis Academicis Hartungianis, 1839.
; 22 cm.

eek grammar. I. Title.

age: Latin.
s): Includes bibliographical references.

nc

Technical Microfilm Data

Microfilmed by
Preservation Resources
Bethlehem, PA

On behalf of
The Classics Library
University of Illinois at Urbana-Champaign

PRECISION℠ RESOLUTION TARGETS

A5

100 mm

1.0 mm
ABCDEFGHIJKLMNOPQRSTUVWXYZ
abcdefghijklmnopqrstuvwxyz1234567890

1.5 mm
ABCDEFGHIJKLMNOPQRSTUVWXYZ
abcdefghijklmnopqrstuvwxyz1234567890

2.0 mm
ABCDEFGHIJKLMNOPQRSTUVWXYZ
abcdefghijklmnopqrstuvwxyz
1234567890

2.5 mm
ABCDEFGHIJKLMNOPQRSTUVWXYZ
abcdefghijklmnopqrstuvwxyz
1234567890

De terminationum tertiae Graecorum declinationis

Dissertatio secunda

qua

orationes

ad celebrandam memoriam Matronae nobilissimae

D. a Kreytzen

e gente Kospothorum

et

viri clarissimi

Joh. Dieterici a Tettau

die XXII. Junii

in auditorio maximo habendas

indicit

C. A. Lobeck,
P. P. O.

Regiomonti Borussorum,
typis Academicis Hartungianis.
MDCCCXXXIX.

1839

Sunt quae unam habeant adjectivi significationem ut pleraque supra dictorum, sunt quae substantivorum vim obtinere possint ut ἁλιάς cymba, κωτιλάς hirundo, κοιλάς cavea, sunt quae semper obtineant ut φαικάδες soleae a φαικός levis (ἐλαφρὸν φαικάσιον Poll. VII. 90.) κυλάδες τὰ ὑποφθάλμια, quae alias κῦλα et κοῖλα vocantur, ἀναδενδράς trichila v. Reisk. ad Const. 256. proprie vitis arbustiva Dio Cass. LXXI. 5. quae et ἀναδενδρῖτις nominatur v. Schweigh. ad Athen T. I. 233. ἀντιάδες ἀπὸ τοῦ κατὰ τὴν διάνοιξιν τοῦ στόματος ἐναντίας φαίνεσθαι Ruf. de Part. Hom. p. 42. Melet. p. 85. quae omnia substantivorum in numero ducere solemus quia substantivis apposita non invenimus. Haec vero quam fallax sit ratio, res ipsa loquitur. Nomen γενειάς substantivum esse communis est persuasio sed dicitur etiam γενειὰς ἐπίδεσις ἡ κατὰ γενείου et alia παρειάς ἀπὸ τοῦ μέρους Galen de Fasc. XII. 787. XXIII. 793. T. XVIII. p. I. Νιφάς λευκόπτερος et νιφὰς πέτρα vix erit quin diversis partibus assignandum putet sed fieri potest ut utrumque ad idem pertineat genus adjectivum et ut χειμάς quoque, quo antea usi sumus, non directe hiemem significet sed τὴν χειμερίαν sc. ὥραν sive κατάστασιν v. Parall. 358. Denique si meridies absolute dicitur μεσημβριάς Joann. Ecphr. 1. 36. vel stratum χαμευνάς, eadem dubitatio est utrum substantiva sint paraschematista an referantur ad nomina ὥρα et εὐνή, quorum illud Nonnus adjungit, hoc Lycophro.

§. 5. Haec autem utriusque generis ambiguitas eam quoque disputationis partem, quam extemplo ingressurus sum, lubricam et ancipitem reddit. Etenim restant substantiva quae diversam a substantivis, unde orta sunt, significationem obtinent. Primo ponam motionis sexualis exemplum indubium sed unicum

quo Oppianus usus est quum distincte equam significare vellet Cyn. I. 162. ἵππων ἄπο ἱππάδ᾽ ἔχεσθαι, nimirum quia haec terminatio, etsi duorum est generum, tamen praecipue femininis attribuitur. Motionis deminutivae grammaticos exempla plura qua jure qua injuria corrogasse testatum faciunt Eustathii admonitiones p. 1944, 43. τὸ λιθάθεσσι δηλοῖ ὡς οὐκ ἐξ ἀνάγκης ὑποκοριστική ἡ λέξις, et p. 1766, 10. τὸ Μαιάς οὐκ ἔστιν ὑποκοριστικὸν ἀλλὰ πρὸς διαστολὴν τῆς ἁπλῶς μαίας, ipseque poetae verba Od. XIV. 36. σεῦεν κύνας πυκνῇσιν λιθάδεσσι sic commentatur: αἱ λιθάδες ἐοίκασι μικρότεροι εἶναι τῶν λιθάκων εἴπερ Ὀδυσσεύς λιθάκεσσι τὸν ἑαυτοῦ θάλαμον ἔδειμε XXIV. 193. Sed et hoc loco pro λιθάκεσσι, quod in Schol. et cod. Bentl. remansit et in Orph. A. 614. de caemento, in Anth. VII. 392. de cippo sepulcri dicitur, jam dudum receptum est λιθάδεσσιν, quo Parthenius utitur XX. et si lapides, quibus canes abigimus, minores sunt caementis, tamen non sunt lapilli, neque ita vocantur a Theocrito XXV. 73. sed λᾶες, et Homerus ipse lapides missiles λίθους nominat. Neque subvenit aliud deminutionis exemplum extra aleam positum. Nam quod in Gloss. μοσχάς junix exponitur, valeret aliquid si sciremus junicem minorem esse quam juvencam s. μόσχον. Quodque H. Stephanus in Thes. scribit χοιράς porcella, non constat mihi unde porcellam sumserit, neque utrum porculam (sic enim latine dicitur) intelligi voluerit an saxa e maris superficie eminentia ut Porca τὸ μεταξὺ τῶν κυμάτων Gloss. v. Ducker. ad Thuc. VII. 33, 3. Struma vero si χοιράς et latine scrofula nominatur, adjectivum videri potest simile supra allatis λεπράς etc. Nec certius deminutionis indicium est καρκινάς, quo non parvus cancer significatur sed species cancri quam Aristoteles καρκίνιον appellat v. Schneider T. III. 210. Denique si quis πλοκάδες αἱ γυναίκειοι πλόκαμοι Poll. II. 28. huc referendum putet ob eam causam quod res muliebres nonnunquam deminutive appellantur: ζώνη ἡ τοῦ ἀνδρός, ζωνίον δὲ γυναικός Ammon. ἐπὶ μὲν τοῦ ἀνδρὸς λέγεται χιτών, ἐπὶ δὲ τῆς γυναικὸς χιτωνίσκος Anecd. Cram. I. 434. Θεόπομπος καὶ σανδάλια εἴρηκεν ἀλλ᾽ ἐπὶ γυναικός Poll. X. 49. huic opinioni

neque omnino accedo neque plane dissentio. His subjungam tertium genus quod comprehensivum vocamus. Nomen νεκάδες, quod Glossographi νεκρῶν τάξεις interpretantur, Eustathius directe περιεκτικὸν vocat 1080, 27. λιθάς Schol. Aesch. Sept. 144. σωρός λίθων significare statuit, eodemque modo Sophoclis enarratores accipiunt Phil. 783. τὰν θερμοτάταν αἱμάδα κηκιομέναν, pro quo v. 783 αἷμα κηκῖον dicitur intellectu, ut mea sententia fert, eodem. Certius comprehensionis exemplum praebet φυλλάς frons, κλισίαι ἐκ φυλλάδος Diod. XIX. 22. μάνδραι στεγασταὶ ἐκ φυλλάδος Strab. XVI. 773. ἐς τὴν φυλλάδα ἀπεκρύφθη Appian Civ. I. 62. saepiusque φυλλάδα τεμνειν s. κόπτειν frondem caedere, ac Nicander Al. 412. φυλλάδα ἰσχνὴν non folium nominavit sed τὸ φύλλωμα sive φυλλεῖον. Similem speciem habet Echinadum nomen si non ab Ἐχῖναι deflexum est sine ulla nisi formae mutatione v. Steph. s. v. sed ut Athenaeus ait I. 30. C. ἀπὸ τῶν ἐχίνων ὡς Σηπιὰς καὶ Λοπαδοῦσσαι, quae omnia quandam habent cum periecticis similitudinem. Cetera hujus formae nomina generatim describi non possunt: κοτινάς oleaster oleae surculo insertus et, ut Foesius putat, bacca quoque oleastri, etsi fructuum vocabula syllaba ῑς terminari solent ἀρκευθίς, δαφνίς, κεδρίς, μυρτίς, neque contra afferri potest Etym. Gud. 179, 32. ἐλαιὰς ὁ τῆς ἐλαίας καρπός quippe suspectum quia alii fructum ἐλάαν dici tradunt, arborem ἐλαίαν, aut ἀχράς, quod non solum fructum sed arborem quoque significat ac ne etymon quidem ex analogia habet, aut ἐρινάδες ὄλυνθοι Hes. quia id quoque arboris nomen. Tum aliarum rerum vocabula θαμνάς ἡ ῥίζα EM. κυνάς, νευράς, χαλκάς, σκιάς, καλιάς, aliaque quorum difficilior partitio quia modo idem cum primitivis significant modo diversum, ut δείρη collum et δειράς collis nonnunquam inter se permutantur, nec semper servatur discrimen a Suida traditum γενειάς αἱ τρίχες, γένειον ὁ τόπος, idque hoc minus mirandum quod γενειάς naturam adjectivi habet, a qua cetera arbitrio quodam usus sejuncta sunt praeter primum κυνάς, quod per se tam infinitum est quam κυνεία neque seorsum ab aliis dici potest utrum herbam significet an panem canicaceum (ἀπομαγδαλιάν) an diem canicularem an

pellem, Eadem superiorum est ratio; *νεκάδας* Cyclici vocarunt *τὰς ψυχάς* EM. 600, 8. vita, ut opinor, defunctas, et in Lucian. Philopatr. §. 10. *ἐν νεκάδων* nihil aliud est quam *νεκρῶν*, veteresque Homeristae addunt tanquam adjectivo nomen *τάξις*, quo similia *ἱππάς, πεντάς, δεκάς* explanari solent. Quod superest, *φυλλάς λόχμη* legitur in Joann. Ecphr. II. 292. *φυλλάς ὀπώρη* Nonn. XXVI. 172. neque repugnat stibadem, aut aliudvis, quod ex foliis constat, *φυλλάδα* id est foliatam nominari.

§. 6. His absolutis nulla est amplius mora quin ad affines progrediamur terminationes, *ᾱξ* et *ῑς*. Ac nomina in *ᾱξ* ab iisdem fere fontibus profluunt, quos supra demonstravimus, sed minus large; a barytonis (I—III.) *χάσκαξ, φλύαξ, οἴαξ παρὰ τὸ οἴω* EM. *δρώπαξ* — a circumflexis (IV.) *πίδαξ* et compositum *πολιπίδακος* a *πιδᾶν* Aristot. Meteor. I. 13. p. 349, 34. et codd. p. 350, 9. *τρύφαξ* (nisi paronymon est) *σκίναξ* lepus, *σκίνδαξ ὁ εὐκίνητος* Hes. a *κινέω* fortasse, *οἶδαξ*.[2]) A numeralibus (§. 2.) *ἐκ τοῦ διπλοῦς δίπλαξ ὡς λίθος λίθαξ* EM. 278, 51. et *τρίπλαξ*, quod cum *πλάξ* compositum esse nemo Eustathio 1154, 30. credet, sed *θρίναξ* s. *τρίναξ* simplexne sit ut *τρίαινα* an copulatum, non decernam. Ab adjectivis (V) *ὄμφαξ* parenthesi auctum, *νέαξ, ψίλαξ* et alia v. Parall. 126. a substantivis (VII) *λίθαξ* = *λιθώδης* ut *σύβαξ συώδης* Hes. illaque plebeii leporis condimenta *βώμαξ, θαλάμαξ, κώμαξ, μούσαξ, στόμφαξ, στώαξ, στύπαξ, χλεύαξ*. His adjunctae sunt substantivorum duae species, una ab adjectivis: *κόραξ παρὰ τὸ κόρον* EM. 529, 30. *κορὸν* (sic) *γὰρ τὸ μέλαν* Schol. Il. 1, 170. *λάβραξ, πλάταξ ἀπὸ τοῦ περιέχοντος* Athen. VII. 309. *ἱέραξ* quod EM. 534, 31. cum *νέαξ* componit, *ψύδραξ* furunculus [3]) quibus addi potest *ὀρθίαξ*, quae etsi natura attributa sunt, tamen pro substantivis valent

---

2) Verborum inclinamentis subjacent *μάσταξ, κλίμαξ* quod multo prius natum quam *κλίμα, λείμαξ* limax a *λείβω*.

3) Vulgo a *ψυδρός* mendax repetunt v. Schol. Theocr. IX. 30. XII. 22. cui convenit *Καυχαλίς φλύκταινα* Hes. sed alii ab ionico *ψυδρόν τὸ ποικίλον* v. Sturz. ad EM. s. v.

neque unquam adjectivam significationem recuperant sicut illa quae in ⁻ας exeunt §. 2. (VII.) quare haec species in prima parte deficit. Altera existit a substantivis bipartita divisione; alia enim diversam a primitivo substantiam significant, *μύλη μύλαξ, πόρπη πόρπαξ, καπάνη καπάναξ, θρόνος θρόναξ τὸ ὑποπόδιον* i. q. *θρῆνυς, δίφρος δίφραξ κλιντὴρ γυναικεῖος, σμῖλος σμίλαξ, μῦς μύαξ* (*μυΐσκος* mitulus v. Schneider. Ind. R. R. p. 253. [4]) *δρῦς δρύαξ ὁ δρύοχος*. Alia vero non mutant substantiam *λίθος λίθαξ, μόθων μόθαξ* etc. *βῶλος βώλαξ* (*ἐριβώλαξ*) sed, ut summum, diminuunt, quare haec terminatio a Grammaticis inter typos hypocoristicos refertur. Quamquam si verae deminutionis exempla quaerimus, nihil certi affertur; nam *βώμαξ*, quo arulam significari tradunt EM. Anecd. 85. hodie omnino non legitur, *θύνναξ* quod Eustath. 1729, 60. cum *ὄρφαξ* contendit tanquam deminutivum, ex uno quod superest testimonio non liquet quid valeat, alterum autem non invenitur nisi productum *ὀρφακίνης*. Nihilo aptius ad probandum quod Schol. Lucian. Jup. Trag. §. 53. affert *ὁ σύρφαξ ὑποκορισμὸς τοῦ συρφετοῦ*, namque vilitas inest in ipso primitivo, neque ex Comici loco apparet quod Schol. Arist. Ach. 763. dicit *πάσσαξ* esse deminutivum; Gregorius satis habet doricum dicere ut *ψάφαξ* aeolicum sine ulla deminutionis suspicione. Plura acervatim promit Eustathius 1091, 54. *πόρταξ, μύλαξ, λίθαξ, πίδαξ, σκύλαξ, λείμαξ, μεῖραξ*, sed de quinque prioribus non magnopere contendit quia apud Homerum legantur deminutiva aversantem, duo vero postrema hoc numero excludi non posse. At *λείμαξ* quoque tritum est poetis iis qui ab hoc genere longissime abhorrent, eodemque argumento excluditur *βώλαξ* a Piersono ad Moer. 419. huc relatum; *μεῖραξ* potius femininum est exoleti

---

4) Si *ὕραξ* hinc originem cepit, ut idem suspicatur ad Nic. Al. 36. litera rho inserta est ut a *θῶσθαι* (*θώραξ*) *ἀκροθώραξ*, ab *ἄιθω* forsitan *ἄνθραξ* (ut candeo carbo) a *στῆναι στύραξ* (*στήριγξ*). Multorum etyma longe extra conspectum posita ut *βάραξ* (*πάραξ*) *θρώναξ* (Drohne) *θρίδαξ, λάρναξ, πίναξ* etc. aliorum certe affinitas extat *πύνδαξ πυθμήν* fundus, *δρῖλος* verpa, *δρίλαξ* hirudo fortasse ob lumbrici similitudinem.

nominis εἴρην. Neque apparet ulla significationum distinctio in Hesychii glossis Βώλαξ βῶλος [5]) Κλώναξ ῥάβδος, Σχίζαισι σχίδαξι, ψύλλακος ψύλλας etc. Quae vero ad speciem deminutionis accedunt νέαξ, χλεύαξ, φόρταξ, φλύαξ, quae Pollux comicae assignat licentiae, aliaque ante relata, ea tamen a veris hypocorismis (βωμίσκος, βωμάριον) distingui oportere argumento est quod haec oratorum usui aptissima, illa vero hominum cognomenta toto genere nugatoria sunt; atque hoc genus idiotismi nescio an potissimum Byzantios magistros induxerit ut in formis deminutivis numerarent terminationem ᾱξ, quae quanto latius pateat et superiora exempla docent et crebra ejus cum altera confusio. Etenim ψίαξ et ψιάς Hesychius interpretatur uno eodemque nomine ψεκάς, idem non λείμαξ solum affert sed etiam λειμάς (a λειμών ut χειμών χειμάς) intellectu eodem; cameli dromades a nonnullis δρόμακες vocantur, pullus gallinaceus νοσσάς et νόσσαξ, in quo nulla intelligi potest deminutio, nisi forte ad hoc quoque genus hypermiosin pertinere putamus, θυάς piscis idem aut similis ei qui a Niceta σύαξ nominatur v. Du Cang. ut σύαινα piscis nomen est et suis cognatum cum prius allatis συάς et σύβαξ, grossi ἐρινάδες Hes. ἐρίνακες Athen III. 76. E. ubi Critici illud restituerunt difficili vel ad assentiendum vel refragandum consilio, non hoc solum loco sed ubicunque scriptura fluctuat ut διφράς et διφράξ, λιθάς et λίθαξ, quod Vossius Arat. 1112. homerico exemplo (v. §. 5.) motus in λιθάς vertit, retinuit Buttmannus et in simili dictione Tryph. 621. Wernickius. Inter ὁ ῥύαξ et ἡ ῥυάς interest quidem plurimum sed nescimus utrum id fortuitum an perpetuo usu sancitum sit ac si μεμβράς piscis est nomen proprium, μέμβραξ epitheton cicadae, in hac eo minus adminiculi, quod posterius uno nobis innotuit exemplo. Item semel legitur nomen δρύακες statumina

---

5) Anth. VII. 719. Τέλληνος ὅδε τύμβος, ἔχω δ' ὑπὸ βώλεω πρέσβυν, ubi βώλεϊ et βώλακι reponunt, praefero quod Nicander praemonstrat Th. 125. ὅτε — ὑπὸ γωλεὰ διψὰς ἰαύῃ id est κοῖλον s. σπήλαιον ut Hes. interpretatur.

navium significans eodemque intellectu Schneiderus *δρύακες* a Plutarcho positum affert *τὴν πόλιν ὥςπερ ἐκ δρυάκων κραταιῶν συνιστάμενος*. Equidem hunc *ἐκ δρυόχων* scripsisse potius crediderim quam vocabulum inusitatum et ambiguum subtracta praesertim generis nota ex longinquo arcessivisse. Neque tamen mihi arrogo ut quae nobis rara et insolita videntur eadem Graecis fuisse statuam sed potius ita mihi persuadeo abolitis plerisque quae illi dixerunt ignorari oportere quae dicere potuerint.

§. 7. Aeque crebra est terminationum *ᾱς* et *ῑς* commutatio, aeque difficilis utriusque dijudicatio, par librariorum diffidentia, non-major nostrae scientiae fiducia. Cujus rei exempla sic ordinabo ut sequar partitionem qua in ingressu hujus dissertationis usus sum. In primo igitur genere verbalium (§, 1. I.) erat *πλωάς*, quo nomine Suidas avium speciem significari tradit natatilem ut videtur; at *πλωΐδες* vocantur Stymphalides itidem a natando ut Schol. Apoll. II. 1057. ait. A non puris (II) *δακνίς ὀρνέου εἶδος* Hes. quod genus a Festo d a c n a s nominatur et versis vicibus a Columella b o s c i d e s quas Graeci *βοσκάδες* dicunt, idemque illi reddi voluit H. Stephanus; *τυπάς* semel legitur in Fragm. Sophocl. *τυπίς* saepius, quae est consueta instrumentorum appellatio *γλυφίς*, *γραφίς*, *ῥαφίς*, *σκαφίς*. Sed *πτεκάδες δειλοί* Phot. vitiose scriptum pro *πτακίδες* Hes. *σίνις* a *σινάς* ipso accentu distinguitur ut *στρόφις* ab adjectivo *στροφάς* (III) quod ubi substantivi vim habet, a *στροφίς* id unum differt quod hoc magis pro *στρόφος* valet, *στροφάς* autem pro *στροφή*.